~~1341~~ ~~[illegible]~~ administrationis ac usu fructu praedictorum bonorum summarum ac rerum resignatarum sibi recogniti ad vitae suae tempora pleno in robore resonante.

Actum in Castro Premysliensi Feria Tertia ipso die festi Sanctorum Vitti et Modesti Martyrum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono.

15/VI

Kulczycka Kulczyckiemu obligat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Marianna olim Nobilis Georgii Kulczycki filia Nobilis Domini Dionisio Kulczycki Hawriz consors legitima cum eiusdem mariti sui ut tutoris coniugalis personali assistentia et ultraneo ad infrascripta recognita consensu, sana mente et corpore existens A terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad actum Inscriptionis praesentis tantum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo Palam publice libere ac expresse recognovit Quod ipsa bona sua propria et haereditaria infrascripta nempe totas et integras sortes suas se recognoscentem post olim parentem suum concernentes dictas Zarzyce Item Pornica [illegible] w Zablociu po Ilowiec Sakolosu Item na Brzezowie Sianożebie in bonis villae Kulczyce terra et Districtu praesenti Premisliensi consistentes. Cum omni permissione iure dominio et proprietate ac quavis competentia et praerogativa quavis cumque omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis obventionibus et emolumentis attinentiisque et pertinentiis in universum omnibus nullis

penitus exceptis nec pro se suisque successoribus aut alio quipiam reservando
sed ostentis in genere et singulis in specie comprehensis prout per speciem
et e contra in nullo derelictis verum ita late longe circumferentialiter
prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus exten-
dit et protenditur et prout eaque bona superius dicta Reverendus tenuit habuit
et possidebat tenereque et possidere debuit ipsamque concernebant ac eis
serviebant. Jam ex nunc et de facto Nobili Gregorio Kuloczycki Olu-
stowicz eiusque posteris in summa Quadraginta florenorum polonicalium hinc
et ab actu praesenti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in-
exemptibiliter et in defectu protunc exemptionis exinde ad aliud simile
festum per annum proxime tunc venturum incidens Conversionis Sancti
Pauli Apostoli et sic consequenter de anno in annum festo ad festum
anni et festis se se continue et immediate sequentibus obligavit inscripsit
et invadiavit prout praesentibus obligat inscribit et invadiat usque ad exemptio-
nem et summae praefatae plenariam et indivisam persolutionem. Quam
ex nunc idem memoratus recognoscens supradicto obligatorio suo et eius posteris
in bona supradicta modo praemisso obligata tenere praesenti dat et
admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per
ministerialem quemcunque competentem et illos duos ad id praesentis de-
putatos quem et quos sibi eligent die quacunque voluerint in fundo
bonorum suprascriptorum officiose acceptandam. Per ipsum item Gregorium
Kuloczycki obligatarium suum et eius posteros haec eadem bona per praesentes
obligata cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis et
emolumentis tenenda habenda et possidenda illisque quiete et pacifice utifruendi
ad suosque et suorum successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere
et effectualiter convertendi modo et titulo obligatorio. Debetque et tene-
bitur memoratus Reverendus prout se et suos successores in et super bonis suis
generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis supradicto
obligatario suo et eius posteris inscribit et obligat praesentibus ipsum item
Gregorium Kuloczycki obligatarium suum et eius posteros in dictis bonis
modo praemisso obligatis et ratione eorundem conservare ab omni et quavis

~~1344~~ 1354. impetitione iuridica quarumcunq personarum propinquarum et remotarum Sta-
tus sexus et conditionis cuiusuis existen cohiuncta in omni Iudicio et Of-
ficio Regni tam in toto quam in parte toties quoties opus et necesse fuerit
tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemq eum eius
posteris semper facere et reddere Nec non bona eadem praesen per se reempo-
scentem obligata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus quibusuis
prioribus et posterioribus in eisq bonis modo quouis cuiuis personarum factis
et faciendis tum citationibus quibusuis in eadem bona importatis et impor-
tandis luetis denique et perluetis ac processibusq quibusuis Iuris in quo-
cunq puncto et gradu Iuris dependen et in quouis Iudicio et offo Regni
obtentis et obtinendis ac super praemissis bonis per se reempscentem obligatis
perductis et perducendis evindicare et eliberare mundaq et libera semper
facere, ac etiam Intromissionem praefatam cum offo praesenti admissam in fundo
dictorum bonorum dum de ea acceptari per ministerialem et Nobiles offo
requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere et
effectualiter dare et admittere dataq et admissa eadem possessionem
et usum fructum praemissorum omnium quouis modo tam per se quam per suas
quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adi-
mere ipsumq obligatarium suum et eius posteros quouis modo tam per se quam
per suas quasuis submissas et subordinatas personas non iniuriare nec
modo quouis praepedire ita ut idem obligatarius suus et eius posteri bo-
na eadem suprascripta praesen sibi obligata quiete et pacifice toto tem-
pore tenutae suae tenere habere et possidere queat et possit idque sub
vadio similis summae Quadraginta flor polon per eandem reempscentem
siue eius successores suprascripto Nobili Strehorio Kulczycki obligatario suo si-
ue eius successoribus ob non completionem omnium et singulorum tam in
toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumben
Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum sibi ac praeali-
qua parte praemissorum non completa complendum Citata extitit memorata
reempscens Nobilis Marusia Kulczycka cum suis posteris ad Instantiam
praesentis Nobilis Strehory Kulczycki obligatarii sui siue eius succe-
ssoribus ad Officium praesens Castren Capitaneale Premisliense

nunc demum quoad respondendum spectat recessu supraseriptis mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere comparendoque valuum edictum tueri insertum dicti satisfacere ad omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem oia obligat et inscribit illum primum terminum peremptorium et alios oes exinde consequentes eiusdem termini semper peremptos vera in firmitate pro maiori minorennitate successorum legationis intra vel extra regnum servitio militari aut muniminibus ad evictorem tum alijs quibusvis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad liquidationem ultra praesentis officij praefati Castren Capitanealis Premislien termini dillationem sibi non recipien nullasque motiones appellationis ac earum prosequutiones faciendae praemissa omnia penitus simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalijs iuris praesenti etiam bello conventionesque ac ceteris in universum quibusvis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo hac sua praesenti recognitione ad praemissa uti mediante.

Kulczycki Isnickiemu Cedit

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Castren Capitanealibus Premislien Nobilis Hryc Kulczycki sanus mente et corpore existens a terris Districtibus ~~Iudiciis Iurisdictionibusque suis~~ quibusvis proprijs et competentibus recedens praesenti vero Iurisdictioni Castren Capitaneali Premislien quoad hunc actum tantum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subijciendo Pasan publice libere ac per expressum recognovit, Quia ipse de omni et integro iure suo nempe de summa ~~Quadraginta florenorum grossorum~~ ex summa originali Octuaginta florenorum grossorum sibi ceventi per Nobiles Annam Nobilis Les Dobrzanski Palsia Nobilis Dmitr Kulczycki Iwaszowicz consortes Cimas Nobilis vero olim Mis Szelest Kulczycki filias et successores unicas cum assistentia eorundem maritorum suorum super bonis proprijs et haerijs post olim praefatum Nobilis Mis Kulczycki Szelest pertinentibus suis